

datis quotcunq; rebus, etiam infinitis, intelligi  
possit, quod de omnibus verum est; quia omnes par-  
ticularim enumerare infinito demum tempore *possi-*  
*bile* est, licebit unum nomen in rationes ponere loco  
omnium: quod ipsum erit Totum.

5. Axioma 1. Si quid movetur, datur aliud movens.
6. Ax. 2. Omne corpus movens movetur.
7. Ax. 3. Motis omnibus partibus movetur totum.
8. Ax. 4. Cujuscunque corporis infinitæ sunt partes, seu  
ut vulgò loquuntur, Continuum est divisibile in infi-  
nitum.
9. Observatio. Aliquod corpus movetur.

*Ἐκθεσις*

(1) Corpus A movetur *per prælog. 9. (2.)* E. datur aliud mo-  
vens *per 5. (3.)* & vel in corporeum, [4.] quod infinitæ vir-  
tutis est (*per 3. [5.]* quia A ab eo motum habet infinitas  
partes *per 8. [6.]* & Substantia *per 2 [7.]* E. DEUS *per 1. q. c.*  
d [8.] vel Corpus, [9.] quod dicamus B. [10.] id ipsumet  
movetur *per 6. [11.]* & recurret quod de corpore A demon-  
stravimus, 12. atque ita vel aliquando dabitur incorporeum  
movens, [12.] nempe ut in A ostendimus ab *ἐκθ. 1. ad 7.*  
DEUSq, e. d. [13.] vel in omne infinitum existent corpora con-  
tinuè se moventia [14.] ea omnia simul, velut unum totum  
liceat appellare C. *per 4. [15.]* Cumque hujus omnes partes  
moveantur *per ἐκθ. 13. (16.)* movebitur ipsum *per 6. [17.]* ab  
alio *per 5. [18.]* incorporeo, quia (omnia corpora in infini-  
tum retro, jam comprehendimus in C. *per ἐκθ. 14. nos au-*  
tem requirimus aliud à C. *per ἐκθ. 17.) [19.]* infinitæ virtu-  
tis (*per 3. quia quod ab eo movetur, nempe C. est infini-*  
tum *per ἐκθ. 13. † 14.) [20.]* Substantiâ *per 2. [21.]* Ergo  
DEO *per 1. Datur igitur Deus. Q. E. D.*

CUM